Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Martius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

j. 5. 65.

MARTIVS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

5480 Duci Ferrariæ,

Suppliciter nobis expositum est, Aloysium Tombese T. Dilp.mis subditum, superioribus annis accusatum, quòd cum Antonio quodam Bergamo Cremonen. facta pollicitatione delatoq; in id p̄cio conuenisset. ut, à se uocatus Ferrariā proficisceretur Franciscum Morandum interfecturus: atq; eius scelerati instituti prosequendi eodem et ipe uenerit, nebulonibus aliquot, quos in id, sceleris comittendum animasse, et promissionibus induxisse arguitur, comitatus. Hyppoliti et Panizzati in transmittenda Cremonam pecunia, quæ in eandem rem facilitandam impenderetur. usus opera qui Hyppolitus Subditus et ipse T. Dilp.mis explorator p̄terea in dicti Morandi necem fuisse accusetur, ut ex processu et inquisitione in ipsos supplicantes per Bartholomeum Mirolium à T. Dilp.mo destinatum eius causæ iudicem, formata constet. Citatos itaq; eosdē

Supplices

Supplices, cum non comparuissent, à d. Judice in con-
tumatiam, atq; adeò in exilium fuisse condemnatos, à
quo tamen exilio et ceteris poenis comeritis, Tua Dis.
illos, posteaquam cum Morando pacem composuissent,
ad Principalis rei Tombese sc. instantiam liberaue-
rit. Interim uero ac expediendo esset eiusmo-
di gra ad Supplicum petitionem concessa, in Carce-
res coniectum fuisse Petrum Moletiam, qui instin-
ctu Aloysij manus Isachmo de Norsa Judaeo in-
iecisse, et leuissimu saltem uulnus inflixisse sese
confessus, et propterea punitus est, Pariter et Alo-
ysium à Judice citatum, cum iuditio non sese
sisteret in poenam contumaciae, unius uidelicet
manus amissionem fuisse condemnatum, quae de re
processus et inquisitio à potestate Dis.tae insti-
tuta et absoluta extent. Quamobrem ijdem T. B.
subditi benigna nra accedente intercessione ab eu-
dem D. T. impetratum supplices, sub umbra solius
Dis.tae Tuae uitam tutius transigendi desiderio orat
atq; obsecrant, ut, quam hoc facinore comeruerut,
poenam, T. D.o ipsis gratiose condonet, liberos in-

Super eos

Super eos statuens ab omni alia poena, si quam alicuius alterius delicti à se comissi etiam enormioris ratione incidissent, prohibens qualemcunq; subreptionis allegationem, et legi deniq; constitutioniq;, et statui cuicunq; qui quidem in eiusmodi casu allegationibus obreptionis locum darent, expsse derogans. Atq; id delictum pro sufficienter expsso habere uelit; siquidem pfatus Aloysius, legitime et syncerè in gratiam cum dicto Isachino iam rediyt, ut instrumento publico à Maurelio Torino Ducalis Dis.tus T. Cameræ ꝑ Notario ea de re confecto subq; data diei XIX Junij Anni LXIIII edito docetur: Neq; obstare patiatur eadem T. Dis.tus processum quemcunq; qui in contrarium institui queat, Eaq; oia singulari gratia et benignitate annuat. Nos igitur, cum eorundem Supplicum delicta non adeousq; grauia, conuincantur, ut ueniam omnino non mereantur, accedant insuper appud nos pro illis Virorum insigniu, quibus Nos benigne cupimus pces interposita, ipsi quoq; à T. D.r beneuole et amanter petimus, ut eos speratam eiusmodi gratiam et commissorum condonationem abso:

lutam

lutam, uel nra hac intercessione mota, à se conse-
qui Clementer patiatur, Erit hoc pclarum optimæ
T. Dilgnis orga nos Voluntatis et gratificandi stu:
dij penes Nos testimonium, grata et beneuola pla-
nè mente à nobis, qui de cætero T. Dilgni, quæ
ab amico et consanguineo Syncero expectet, pera:
manter deferimus, recolendum Valeat eadem T. D.
prosperrime. Datæ Viennæ 4ta Martij Ao. 65.

549. Summo Pontifici

Beatissime Pater etc. Magnificus fidelis no:
bis dilectus Ferrante Comes Lodroni iampridem ante
primam etiam Concilij Tridentini sessionem honesto
amore et affectu singulari ductus cum nepti sua
Anna Carretta Hieronymi de Caretto q. filia eius:
demq; Castellorũ aliquot et Jurisdictionum ijs con:
finium, q̃ Lodroni Comitis in Agro Monferrati
possident hærede matrimoniũ iniyt, ut eadem q̃q;

ratione

ratione caueretur, ne feuda illa p̄dictæ Annæ, ad aliam familiam deuoluerentur. Verùm ne ulla posthac eiusmodi coniugio difficultas ob consanguinitatem inijceretur, dicti Ferrantis nōie perq̄ humiliter nobis est supplicatum, ut nr̄a intercessione apud Vr̄am S.tem dispensatio legitima impetretur, Cum itaq̄ nos Familiam illam Lodroni Comitū ob continuum erga Inclytam domū nr̄am Austriacā studium et obsequiū in hūc usq̄ diem integerrime conseruatum perbenigne merito prosequamur, ac prom̄ in ijs q̄ ad eiusdem dignitatem et fortunā prouehendam attineant libenter illi adsimus equidem in hac quoq̄ re tam honestis p̄sertim causis suffulta, p̄fatum Ferrantem V. S.tis comendandum non inuiti suscipimus. Petimus itaq̄ pro ea, quæ nobis de paterno V. S.tis erga Nos animo et uoluntate, optima est opinio, reuerenter et officiosè, ut eundem Ferrantem, quam petit, dispensatione Clementer donatum nr̄æ huius intercessionis fructus speratos referre, benignè uelit. Accipiemus id à V. S.te uerè paterni in Nos amoris

non

non postremi testimonij loco, mutuis filialis nrae obseruantiae et obsequij officijs libenter, cum res feret, demerendum. Quam V.am S.tem &c.

Dat. XIIII Martij, Anno M.D.LXV.o

Maximilianus &c.

550. Oratori Romae. Vt Ferrantis Lodroni Comitis conubium cū nepte contractum per dispensationem Sum.i Pont.cis Confirmetur.

Quod in fauorem Mag.ci f. n. d. Ferrantis Lodroni Comitis ad S. D. Pont. Max.m hoc tempore scribimus, ut scilicet ab eius S.te eidem Ferranti Dispensatio Coniugij cum Nepte sua contracti noīe cederetur, id Nos singulariter cupere, te quoq; sermone tuo apud eius S.tem reuerenter comprobare ac in negotio omnes sedulitatis et studij tui soliti partes adhibere, ut dicto Ferranti comendatio nra usui cedat, clementer uolumus, tibiq; per hasce speciatim demandamus. Vt autem copiosius negotium intelligas, literarum

etiam

etiam quas ad S. S.tam eadem re dedimus, exemplum cum hisce transmittimus. Erit hoc pristini tui in Nos continui obsequij benigna in te semper Voluntate à nobis quacunq; occasione agnoscendum. Datæ Vienæ xiiii.ta Martij A.o M.D.LXV./

Maximilianus &c.

551.

Comiti Prospero ab Archo, Comendatitia pro Abbate Brisegno in consequendo Cardinalatu./

Meministi etiamnum proculdubio quæ in fauorem Abbatis Brisegni, utis ex eorum, qui à nobis in id comendantur, numero, in Sacrũ Cardinalium ordinem proximis promouendorum Comitijs cooptaretur, cum ad S. D. Pont. Max. perscripsimus, tum tibi nro noie satagenda demandauimus, quamq; ea res nobis cordi esset, tam tibi, quam suæ S.ti propria etiam manu scriptis aliquot uersibus nos esse contestatos, et qua ratione id negotij te prosqui uellemus, abunde tibi significasse, ubi

hæc

hæc etiam addidimus, Nos non ipsum solum Abbatem hac occasione, quàm ei benè uelimus, re ipsa comperiri, ue ꝑ etiam eius consanguineis, qui ex ꝑcipuis aulæ nr̃æ Officiarijs sunt, quorumq; fidei personam nr̃am semper committimus, maximè uero Magnifico ac Generoso Vratislao Baroni à Bernstam, aurei uelleris Equiti sup̃mo nr̃o Scutifero, nr̃am erga ipsos benignam animi propensionem declaratam, magnoperè cupere, Etsi autem ex tuis ea de re responsorijs, certi quidem nihil à S. D. Pont. Max° ad eiusmodi tuam nostro nomine interpositam petitionem, decretum promissumuè intelligimus, neq; quicq̃ tamen proinde denegatum adhuc ea in re nobis esse arbitramur, Quia uero ꝑfatus Abbas Brisegno à laudatissimis et selectissimis suis uirtutibus, à rerum maximè gerendarum prudentia nobis intereà multifariam sit commendatus, tu ipse quoq; testimonium ꝑclarũ facias, quantoperè is nobis et Inclytæ nr̃æ Domui Austriacæ deuotus sit et addictus, equidem aliud nobis polliceri nihil possumus, quàm Suam S^tam,

si iteratam

iteratam etiam nram accedere senserit intercessionem, ea dere dubios nos diutius non esse retenturam, sed pro sua paterna et optima uoluntate, quam nobis, et pfatæ Domui nræ Austriacæ semper conseruauit, et etiamnũ sancte conseruat, eiusmodi nram inter: positam cõmendationem non minoris esse facturam, quàm pari antehac casu ab Antecessoribus sumis Pontificibus, et ipsa et sua S.tis aliorum Principũ, qui eiusmodi petierant, intercessio est facta et habita, cum pserim, ut ipse probe nosti, numerus eorum, pro quibus hoc nomine intercedimus, adeoq; sit exiguus. 2c. Volumus itaq; tibiq; clemẽter mandamus, ut pro ea, quæ tibi opportunior uide: bitur, occasione quacunq; apud S. D. Pont. Max.m sæpedictum Abbatem quanto maximo potes, studio, cura et sedulitate, iuuare et prouehere conten: das, atq; ita hoc in negotio te habeas, ut dictus Abbas aliquos intercessionis nræ fructus referre possit. Quod si de concessione in dubiũ ueneris, et cumprimum Cardinalium creandorum Comi:

tia

tia instare animaduerteris, de ijs nos subitò certiores reddas, consilio insuper et opinione tua significata, quid ad rem hanc magis et utilius prouehendam, faciendum porro nobis censeas. Acturus in hoc ex benigna nra uoluntate, qua in te semper singulari propendemus. Datæ in Ciuitate nra Vienna die xiiii^ta Martij Anno 2d. M.D.LXV.

Postscriptum ad Oratorem Romæ.

Fuerunt literæ hæ à nobis ea ratione scriptæ, ut si necesse sit. Summo Pontifici tuto comonstrari possint ad euidentiorem benigni ad negotij id animi nri attestationem. De cætero rationem à nobis antea pscriptam hoc in negotio sequeris. Cupimus etiam id quam pauciss. esse notũ, ac proinde non ordinarijs tuis literis, sed seorsim de eo, quicquid deinceps occurret abs te scribi uolumus. Datæ ut in literis

552

Cardinali Lotharingiæ

Maximilianus &c. Delatum ad nos est non incerto rumore Illu.m nostrum dilectum Principem Georgium Joannem Comitem Palatinum, Bauariæ Ducem, et Spanheimij Comitem, cum extero quodam Principe de emendis quibusdam ditionibus Castellis, arcibus et pdijs, quorum aliquà à R. D. Vrâ uti Metensis diocæsis administratore, ac Sac. Rom. Imperij Principe in feuda accipiuntur, tractatus suscepisse. Id sane, si ita est, non solum nobis ualde alienum, sed et uniuersis Sacri Romani Imperij Ordinibus magnopere displicens et suspitiosum diuersis ex causis acciderit, quodq; uix ab ijs ferri, nec à R. D. Vrâ, si in eiusmodi alienatione consenserit, apud eosdem Imperij status excusari queat. Admonendam igr. R. D. V. ut à qua pfata bona in feudum dantur, peramanter et benuole duximus, ne contractui illi proseguendo consentiat, sed quantum potest, authoritate sua obsistat atq; prohibeat. Ea in re R. D. Vrâ pterqd

officium

officium se uti S. Imperij Rom. principe dignum pstiterit, nobis quoq; pergratum fecerit, mutua amicitiæ et beneuolentiæ erga ipsam nræ declarationæ, nulla non occasione, agnoscendum. De cætero eandem R. D. V. perpetuo fortunatam uiuere ex animo peroptamus. Datum Viennæ xvi Martij Anno M. D. LXV.

Saluus conductus et literæ passus pro Francisco de Nouo Castro &c. Ducis Sabaudiæ &c. Oratori

553°

MAXIMILIANVS &c. Cum Magnificus noster et Sacri Romani Imp. f. d. Franciscus de Nouo castro Dnus de Ves ab Illmo nostro dilecto Principe et Consanguineo Emanuele Duce Sabaudiæ ad cohonestandas suæ Dilmis noie Diui Ferdinandi Imp. Dni et parentis nri obseruandissimi me: augustiss. Pragæ à nobis institutas exequias missus Orator huc iam iter susceperit, nos aut eum nullibi impeditum uel uia Iustitiæ uel alia de causa libere passim et secure proficisci cupiamus, eidem ac eius Comitatui, ex ea qua fungimur, authoritate, nrm et Sacri Imperij saluum conductum, et absolutam in profectione sua securitatem concessimus, et te:

nore pntium

nore p̄sentium etiam damus et concedimus. Petimus itaq̄ beneuolè. Clementer item mandamus Vniuersis et singulis p̄fatis principibus subditis fidelibus nobis dilectis, illum eiusq̄ Comitatum tam n̄ræ quam V̄ræ iurisdictionis loca, peragrantem à uobis benigne recipi, et quoscunq̄ traiectus, portus, pontes aliaq̄ loca tam terra quam aqua proficiscentem traÿcentem et transcendentem à cuiuscunq̄ thelonÿ, gabellæ, datÿ, aut alio impensarum eiusmodi onere immunem dimitti, et demum quacunq̄ euntem, redeuntem et im̄orantem tuto progredi posse procurari; Quin quoties expetierit à Vobis saluū conductum illi haud grauate concedi et prouideri. Qua in re si nobis morem gestum intellexerimus, nos sanè in similibus et alÿs condignas uices p̄stabimus, à Vobis uero subditis n̄ris ex p̄ssam in hoc uoluntatem executum agnoscemus. Harum literarū testimonio, et sigilli n̄ri Cæsarei imp̄ssione munitarū. Viennæ 17. Martÿ Anno ꝓ M. D. XXV.°

554° Maximilianus &c

Joanni Tunnero

Honeste docte f·n·d· Literæ tuæ Vltima Januarij ad Nos scriptæ, uel eo nomine perbenigne à nobis sunt acceptæ, quod ex ijs Synceros illos animi tui erga nos obsequentissimi conatus quos officijs hucusq; tuis sedulò nobis declarasti, licet iamantea clementer à nobis agnitos, constanter etiamnũ te prosequi perlarè animaduertimus. Quam aut non obscurè innuis insedisse tibi opinionem, ne tua scilicet apud nos opera et studium non sat dignè ab aliquibus comendentur, ea iamis planè est et animo minium suspitioso profecta. Etenim abs te studio, opera et fide, cum syntera hæc in te simus experti, nobis ità est obsecundatum, ut de ijs te benignius nidies quoq; complectamur: neq; ullum iam apud nos est dubium, te ab optimo illo, quoad Vita tibi suppetat, nunq; nisi re perfecta quiescendi instituto tuo porro auelli, te neguãq; esse passurum, sed eo potiq; animi tui cogitationes omnes posituru Vt eiusmodi Clementem de te opinionem à nobis susceptam

officioru

officiorum tuorum candore perpetuo alas et conserues. Id quod à Nobis singulari benignitate agnosci, quacunq; te tuosq; fouendi et iuuandi occasione reipsa obsequẽter senties. Datũ Viennæ XX Martij A.° M.D. LXV.°

Maximilianus &c.

555° Oratori Romæ

Qui nuper Epũs Olumicensis renunciatus est, Guilielmum Prusenowskium de Wiskowa. Nobilem, piũ integerrimum, prudentia et eruditione insignem uirũ ac proinde nobis non solum, sed et D. Ferdinando Imp. parenti nro amantiss. fel.mæ me: cuius alumnus est et creatura, inter singulariter charos iam pridem habitum S. Dño Pontifici Maximo eo nõie perbenigne iam commendamus, ut is à S.S.to Confirmationem eiusmodi Electionis, facilius, citiùs et minori sũptu consequatur. Et ut res ea magis nobis cordi esse intelligeret.r siquidem in celeritate tota penè posita est, Amplissimo etiã Cardinalium Collegio de hac scripsimus, quemadmodũ

ex utriusq;

ex utriusq; Epistolæ exemplo cognosces. Quicquid igitur porro opera, studio, diligentia tua ad id negotij accelerandum, et minoribus impensis conficiendum conferri posse senseris, nro te nomine sedulo et accuratissimè impendere uolumus, Dabis aut omnino operam, ut Bulla cuismodi confirmationis, an. festum Palmarum certò expediatur, ut ea deinceps per Cursorem hunc ante xxv diem Aprilis, quo die eã haberi hic sumã necessitas exigit eo comodius huc afferri possit. Agnoscituri sumus in hoc Clementer soliti tui erga nos constantis obsequij officium, Datæ Viennæ xxv Martij. Anno M.D.xxv.

556

Collegio Cardinalium, de confirmando Epo Olumicensi:

Maximilianus &c. Electo nuper Olumicensis Ecclie Epo deuoto nobis dilecto Guilelmo Prusznowskio de Wiskowa, eiusdem antea Ecclie Canonico et Brunæ Pposito, quo certè uiro ad eiusmodi functionem ex tota ea prouincia dignior et aptior deligi uix poterat, Confirmati:

omnm, quæ

onem, quæ superest ei impetrandam à S. D. Pont. Max.
suppliciter petituro, nostra apud eius Sm. comendatio-
ne eo libentius adsumus, quo illum pietas eius moriq;
integritas et eruditio nobilitati suæ spectatæ feliciter
coniuncta chariorem nobis iamprudem reddidit. Qua
in re comodius consequenda, cum is Rmus quoq; pa-
ternitatum Vestrarum ope et patrocinio opus sumo-
pere habeat, nos et ipsas eo nomine amanter compellan-
das duximus, ac proinde ab eisdem beneuolenter
cumprimis iampetimus, ut ipsæ, pro sua erga nos
syncera et optima uoluntate, omni ea ratione, rem
hanc prouehi iuuent, qua Confirmatio illius faci-
lius, citiùs, et omnino ante diem xxv Aprilis, mi-
noriq; sumptu à Sua Sta impetretur. Etenim
qui nunc est Ecclæ illius status, nec confirma-
tionem Epi sui tardiorem. (interest enim totius
ferè Nobilitatis Morauicæ, et plurimarũ Vidua-
rum, et pupillorũ propter iudicia homagalia,
quæ non cõfirmato Epo exerceri non possũt.)
nec in hanc faciendos sumptus graiores,

nisi maximo

nisi maximo suo dispendio, ferre potest, Itaq; et hoc etiam Rmae Vrarum Pti authoritate consecutum pfato Epo Electo desideramus, quod quidem Sua Stem pro sua æquanimitate sponte ee annuiturā planè confidimus, ut scilicet impensa illa quantacūq; potest parte moderetur. Quod si tum aliter confici res omnino non possit, saltem non maiori, quam quæ ab antecessore eius proximo est soluta, et ab ipso quoq; Electo iam isthuc transmittitur, is aggrauetur. Erit hoc officij Rmae Patez Vrae in re Sacra sustinenda positi non uulgare exemplum, Nos uerò in eo candidum illum earundem Rmae Pti Vrarum erga Nos amorem et beneuolentiam insigniter declaratam, grata et beneuola semper mente recolemus, nihil uicissim omissuri, quo mutuus erga ipas optimus nr animus re ipsa quādoq; comprobetur. Valeat felicissimè eædem Rmae Ptes Vrae. Dat Viennę Austriæ die XXV. Martij Anno M.D.LXV.

Cardinali

557°

Cardinali Morono, de confirmato à Sua Ste Epo Olumucen.

Maximilianus &c. Cum non ignoremus, quanta Rmae Ptis Vrae uirtutes suae amplissimae, et in reipub. Christianae comodum posita omnis cogitatio tam apud S. D. Pont. Max.m, quam apud Sacrum istud Cardinalium Collegium, autoritatem iampridem peperierint, perspectam preterea multis ex indicijs probe habeamus, optimam illam eiusdem Rmae Ptis Vrae, nobis quacunq occasione gratificandi uoluntatem, omittere non potuimus, quin etiam singulariter, eiusdem Ptis Vrae illa in re, quam nunc quidem à S. Sae consecutam istbic petimus, studium et benevolentiam aduocaremus. Quam etsi Vra Rma Ptas haud dubie nobis sit libenter declaratura, petimus tamen eo amantius, quo rem illam citius et facilius confectam percupimus. Est autem, ut ex literis, quas eo de negotio, ad Pfatum Sac. Cardinalium Collegium dedimus, Rma Vra Ptas abundantius in-

telliget

telliget, de confirmando à Sua S.tis Epō Olumicensis Ec:
clesiæ nuper Electo Guilielmo Prusenowskio, de Wis:
kowa, quem Nos uel suo merito benigne iampridem
amauimus. Etenim ipse nobili Prosapia ortus, no:
bilissimarū Virtutum ēt semper fuit studiosissimus, pie:
tatem ꝑterea et religionem Catholicam ita sancte sem:
per coluit, ut ei muneri, ad quod nūc profectus est,
optato planè adhibitus esse uideatur. Quicquid igitꝫ
R.ma Vrā P.tas sua authoritate iuuerit, ut is et Confir:
mationem q̄ citissimè à S. S.tis consequatur, et sumpti:
bus quàm fieri potest parcissimis aggrauetur, Nos
ab illa eximij eius uerè amantis erga Nos animi officij,
in Nos ipsos positi, loco accipiemus, et beneuola gra:
titudine, quandocunq; occasio erit, demereri liben:
ter conabimur. Valeat eadem R.ma Vrā Pater.tas
Datæ Viennæ XXVI Martij. Anno ꝑ M.D.LXV.

558 Sūmo Pontifici, de confirma:
tione Epī Olomucen̄ scribit S.M.C.

Beatissime Pater ꝑ Cum ita fata tulerint, ut de:
functo nuper Episcopo Olumicen̄ Ecclīæ, quæ in
nr̄o Morauiæ Marchionatu, unica Cathedralis est,

Canonicorū

Canonicorũ Capitulum, Reuerendum deuotum fidelem nobis dilectum Guilielmum Prusenowskium de Wiskowa eiusdem antea Ecclĩæ Canonicum et Brunæ ꝓpositum mirauotorũ Concordia, Epũm paucos ante dies renunciarint, Virum certè eiusmodi, qui ꝑter generis nobilitatem, quam ea ex prouincia ducit uetustam, in uita insuper moribus, rerum usu et eruditione, sacrarum ꝑsertim literarum, quicquid ad eam functionem piè et pro comũni eius Ecclĩæ comõdo dexterrimè obeundam desideretur; abunde secum afferat, Ei aũt legitima hac ratione electo ad plenam et absolutam muneris Episcopalis usurpationem hoc unum iam summè incumbat, ut à Vrã quoq; Sᵗᵉ Confirmationem quam celerrimè consequatur. Nos sanè qui eius Ecclĩæ res et comõda quacunq; occasione, patrocinio nr̃o merito suscipimus, quandoquidem in eo, ut quàm maturissimè et omnino ante diem XXVᵗᵘ Aprilis res expediatur, tam ipsi Ecclesiæ ac ꝑfato Epõ, quàm ferè toti Nobilitati Morauicæ et permultis Viduis et pupillis propter iudicia homagalia, q̃ non confirmato Epõ exerceri non possunt

sunt, plurimum esse situm nobis quoq; probè constet:
à Vrā S.te, reuerenter cumprimis expetimus, primū,
ut confirmationem illam p̄fato Ep̄o nulla mora inter:
iecta, conferre benignè uelit, dein, ne Episcopatus ille
maiores fortasse, quàm ratio eius ferat, impensas ist:
hic facere cogatur, ut Vrā S.tas sumptus eos pro confir:
matione scilicet impetrata, quàm possunt, moderatis:
simos, designet, Quæ quidem Vrām S.tem pro eo, q̄
ipsi inest summū, quoscunq; Reipub. p̄sertim Chri:
stianæ utiles et necessarios esse intelligit, iuuandi
desiderium, sponte esse paternè concessuram nihil
planè addubitamus. Quod si tamen Vrā S.tas ex
Decretis in id sumptibus decidi omnino non uelit, sal:
tem non plus ea summa, quantam proximus p̄fati
Ep̄i antecessor exoluit, et ille etiam isthuc iam mit:
tit, exigi patiatur. Ea in re Vra S.tas p̄ter quod pro
suo ardenti in fouenda et manutenenda re Ecclesi:
astica, studio et amore, Eccliæ illi optimè et pa:
ternè consulet, nobis quoq; qui p̄fatum Ep̄um ob
Virtutes suas eximias nobis ipsis iam multo à tem:

pore

pore probe perspectas singulariter amplexi, eiusdem et ad comodum et dignitatem quae spectant feliciter prouecta perbenigne desideramus, ita gratum prioribus paterni sui in Nos amoris testimonium adiecerit, ut filialis nrae obseruantiae officijs singulariter id demerendi nullam post hac occasionem simus pretermissuri. Datae Viennae XXVI Martij Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c.

559° Francisco Pestien.

Cum literis equisq; Quadrigarij duodecim à te, ut iampridem mandauimus in usum Serm.mor filiorū nostrorū comparatis Franciscus hic Vrsinus ad Nos uenit: Quibus quidem literis operam tuam sedulam et obsequentem ad placitum nrm compositam non obscure testatus. Equorum elegantia (ut Vidimus) non uulgaris re ipsa confirmauit. Adeò ut nihil expectatius optabiliusq; pro presenti Serm.mor filiorum nrorum ratione, quibus consulere omnino uolumus. Nobis accidere

potuisset

potuisset: si pari diligentia mandatis ac Expecta:
tioni nrae in comparandis Gradarijs etiam equis
satisfecisses. Caeterum semota in posterum
omni mora et difficultate, quae quidem in p̄sen:
tia excusationis loco sufficiens et tamen auditu
ingrata fuit, Mandamus tibiq; clementer
iniungimus: Vt quam ocyssime fieri possit, to:
tus in id incumbas, quo p̄scriptum à nobis Grada:
riorū numerū, quem breui temporis spatio citra
morum ad nos ablegare possis, certo quantocunq;
etiā sumptu consequare. Executurus in eo bene:
gratam et exp̄ssam Voluntatem nram, omni benig:
nitatis studio recompensandam. Datū Viennę
Vltima Martij Anno ꝛc. M. D. LXV.